



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIX. Ordinarios milites quosdam alendos esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

belli gerendi Florentini detulerunt Paulo Vitellio, viro insigni prudentia, qui ex priuata fortuna conditione, maximum sibi nomen pepererat: si Pisas expugnasset, nemo inficias fuisse iturus, Rempubl. Florentinorum eius imperium fuisse subituram. Nam si in hostium partes stipendia facturus transisset, nullus erat euadendi locus: si vero eum retinuisset, illius iussa capessere cogebantur.

Venerorum si progressus examinentur, facillime quis intelliget, eos tutissime ac felicissime tunc se praestitisse, cum ex Veneta gente collecti eorum exercitus, bella gerebant. Qui mos eis fuit, ansequam ad terrestres expeditiones sua studia conuerterent: quo quidem tempore patritia gentis & vrbana plebis instructi armis, fortissime se gesserunt. At ubi primum terra bellum gerere ceperunt, hanc virtutem neglexerunt, moresque Italicos sunt sequuti: atque in continenti augendi imperii initio, tum quod non ita longe Reipub. fines protulissent: tum etiam quod in magna essent existimatione, non erat quod valde à suis praefectis foret sibi timendum: at propagatis imperii finibus quod Carmignola exercitus imperator factus est, tunc eius erroris specimen ceperunt. Nam cum illum acerrimum ducem cognouissent, postquam eius ductu, Mediolanensium regulum verberassent, illum vero remissiorem in bello gerendo factum cernerent, nullius amplius victoria eo ductore se fore compotes sunt rati. Quare ne quod paruum fuerat totum periret, eum missum facere nec volebant nec poterant. Ut eos itaque ab eo se assererent, eum interfecerunt. Declararunt deinde suarum copiarum imperatorem Bartholomaeum Bergomatem, Robertum Seuerinatem, Comitem item Perilianum, & id generis alios: quibus ducibus metuendum erat, ne detrimentum citius quam emolumentum sua Reipublica importarent. Id quod in eo, quod gestum est ad Valiam bellum accidit: ubi vnico cum hostibus congressu id totum perit, quod CCC. annis tot laboribus fuerat quaesitum. His enim armis lenta dumtaxat, sere ac exigua sunt rerum accessiones: at subita & repentina erumpunt iactura & calamitates.

Vsum omnium cultum pare non est prudentis.

Verum cum videamus nunc vsum esse vbiq; militis mercenarij, non est existimandum in tanta cupiditate vineendi nullam Rempublicam id sequi, quod consultissimum est. Moderate tamen auxilijs exteris vtendum. Veneri ducem mari & suis praeciunt, ipsi militi mercenario terrestri per suos stipendia soluant, socios & consilia duci adiungunt, ipsi e curia bella dirigunt, maximeque trahere ea cupiunt, vt sumptu fatigent hostem, non facile in praelij discrimen rem conijciant.

Auxilia à suspecto.

Auxilia quae dantur à potentiori, nisi fides ille sit, perniciofa sunt, vt si Turcam voces auxilio, quod fecere Graeci: at si à fido & cognato, salutaria. Iulianus Secundus Ferdinandum Hispanum, Philippum nunc Ferdinandus aduocat, & contra Venetos vocauit, nec pedem terrae suae per eum amisit. Itaque vbi fides, De i timor, commune commodum, amicitia, affinitas, & cognatio facile in communes vel inimicos, vel suspectos, arma sumunt. Tam enim interest Hispano Bohemiam, quam Italiam defendi.

In seditione exteris vtuntur.

§. 5. Primo, In seditione quidem & ciuili bello plerique extero milite vtuntur. Pompeius Africam barbaros adduxit, Caesar Gallos, & Hispanos: Caesares sibi fidissimos sensere exteros. Nunc quoque in Belgio militant exteri, Germani, Galli, Angli, Scoti, Hyberni, Itali, Epirotae. Heluetij quoque praesidio multis exteris conducuntur. Neque eam ob causam tyrannidis accusari principes debent; cum enim domestici factiones alunt, cum in salutem principis violandam conspirant, externo se tueri praesidio merito ac iure possunt. Nec modo id faciunt Reges, sed ipsae Respublicae, quae libertatem ciuium externo praesidio tueri se dicunt. Batani Gallica, & Britannica praesidia suis ciuib; in officio continendis, per oppida nobilia disponunt; nullo id modo facturi, nisi id contra motus internos, externaq; bella con-

sultum arbitarentur. Neque vero magni momenti sunt, quae à Machiauello alijsque adferuntur. Infandum aiunt esse πᾶν τὸ ξενικόν. omne exterum fluxae fidei. Equidem fateor, multa externae perfidiae exempla recenseri, & Romanum Imperium per Gothos, Alanos, aliosque, qui subsidio venerant, euersum: Verum plura sunt domesticae perfidiae exempla. Vnus Sylla plus detrimenti attulit, quam Alarici tota barbaries infusa vrbis. Imo non tam externa auxilia, quam cum illis ducum perfidia.

Externi minor quam ciuium scelera.

Quocirca non ex omni gente auxilia accersenda, sed ex illa, cui iura, & foedera publice, priuaticumque sancta sunt. Itaque nemo Christianorum principum Turcas, Tartaros, Moscouitas in auxilium vocat; & πᾶν τὸ ξενικόν. sunt, & cū perituro fefellerunt, apprimē lati. Constantinus in Graciam 10000. Turcarum vocauit, viatores excedere recularunt, inde causa multarum calamitatum fluxerunt. Hiero Syracusanus cum mercenarios in solelere videret, vt nec retinere, nec dimittere sine periculo posset, vltis stratagemate, omnes occidit. Crudele hoc & durum, sed meruerant.

Secundo, Parent fere promptius, pugnant fortius externi, vt qui in solā principis beneuolentiā, & victoria spem salutis habent.

Externi fortius.

Tertio. Pudor etiam externos à fuga retrahit, qui videri ignaui exteris, suisque, ad quos inglorijs esset redeundum, nolent.

Quarto. Nescio an facilius inuenturus sis, qui externi principis in alios dominationem asserere, quam sui principis in semet potestate dimicare paratus sit. Ita olim factum, exteri Romanam dominationem firmarunt. Romani cum potentia creuerunt, socios habuerunt, quos simul colligebant, vt ait Polybius. Sub hoc ipsum tempus Consules denunciant magistratibus sociarum in Italia ciuitatum, & quibus auxilia & commilitum habere volunt, significatque iis, & numerum & diem, & locum in quem conuenire debeant quos legent. At vero ciuitates similem facientes iam dicto delectum, itemque iuramentum adigentes, mittunt eos, Praefectum constituentes & Quaestorem. Romani sane cum bello grauissimo Hannibalis premerentur, auxilia mercede, hoc est, Volones conduxerunt. Tom. lib. 2. Μελας δὲ τὰς δὲ, inquit, ἀπὸ καρχηδονίων γαλατίας, ἃ ἀλλοῖς τῶν σφῶν συμμάχων τινὰς, ὅτι παλαιὸν ἐπὶ μισθοῖς ἀποστέλλετο, μὴ πᾶσι ἀπὸ τῶν ῥεφόρτων ξενικόν. Deficientes à Carthaginiensibus Gallos, & alios quosdam sociorum, Romani stipendio conduxerunt, non ante peregrinum militem soliti alere.

Romani mercenarij vsi.

Quinto. Facilius praedantur exteri, qui minus affectu patriae, & verecundiā mouentur: peritius tamen ciues locorum, rerumque gnari. Contra auxilium militem itaque quae dicuntur, vana sunt: Paruo enim negotio caueri possunt; et si enim ab alio stipendia capiant, cum tamen ea tui causa accipiant, te magni quoque facient; cauendum autem ne auxilia petas ab suspecto, ne victori fenum imponat. Itaque is fidelissimus σὺν μαχρῶν est, cuius interest, te vincere, maximeque potentem esse.

§. 6. Valde cauendum imperatori, ne plus alieni, quam sui roboris in castris habeant. Expertus Scipio in Hispania, qui Celtiberos pecunia conduxit, sed cum eos hostis corrupisset alia pecuniā, oppressus est.

CAPVT XXIX.

Ordinarios milites quosdam alendos esse.

§. 1. Romani initio, licet ordinē classū Seruius instituerit, militē tā ordinariū non habuerūt, sed

Romani
ordinarii
militem
non habue-
runt initio.

sed cum patria defendenda, vel bellum gerendum esset, delectus agebant. at postea crescente imperio legiones ordinarias, & statas, atque adeo militem prætorianum pro tutela principis habebant. Idque iam olim Græci factitarunt, & suasit Atheniensium orator. Demosthenes enim quatuor perpetuo legiones alendas putabat, orat. 4.

Augustus
militem
perpetuum
constituit.
In Gallia
miles ordi-
narius.

§. 2. Magna cura adhibenda est, ut copia sit militis ordinarii: nam ordinarie subito bella conserunt, & diu durant, itaque opus est celeri remedio, & persequente. Hinc totam imperij molem conspiciat Augustus, ordinarios milites constituit, seuatque; hoc est à successoribus.

De perpetuo milite video variatum admodum in multis regnis, præsertim Franciæ. Gregor. Tolet. libr. 11. de Repub. Sunt multa alia quoque armorum exterorum incommoda, quæ considerans Carolus VII. Rex Franciæ pulsus regno Angliæ, instituit ordinariam militiam quinquaginta millium peditum, qui stipendia continua militari scientiæ nauarent operam, & ad omnem incursum interim expeditus conuenirent, dum alii interim, si maioribus viribus opus esset, cogerentur: verum iacrociniis tales intenti, fuerunt à Ludouico II. sublatis, qui assignit in illorum locum sibi laterales Heluetios. Rursus tamen Franciscus I. Rex memor periculis, quibus exposita fuerat Gallia ob auxiliares extraneos, anno 1534. Legiones restituit quinquaginta millium peditum: & cum ille postea penitus fere fuisset extincta, restituit eandem Henricus II. filius sine tamen magna regni utilitate propter indisciplinatum ordinem.

Non desunt qui iudicant etiã non expedire principibus, uti in bello subditis, eo quod arma, feroces efficiant subditos: & inde ad rebellandum facilius erigant cristas. omnia enim sibi cum robore ensis & armorum pollicentur, ut exempla adhuc extant in Gallia & Flandria.

Ratio ordi-
narii mili-
tis.

§. 3. Ordinatio militi tanquam pro omnium ocio ac quiete sollicito honor habendus est. Hinc olim omnis nobilitas originem habuit. Sed ille alendus, qui præsidio sit, qui que bona disciplina exerceatur, nec quiescere, aut ociosi finatur; nam mala inde orta, aliunde manant.

Totum, inquam, malum ex neglecta disciplina ortum est. Si enim diuersis in locis, aliquo operi detenti, mediocri stipendio alerentur, facile tantum regnum tutarentur; imo inuictum redderent.

§. 4. Continendi certe in officio, alioqui principibus euadunt graues, & subditis intolerabiles; nam arma animos ad inferendam iniuriam faciunt; cum autem de vitâ periclitentur, omnia mereri se putant, si quicquam non extorserunt, hostibus atrociores sunt.

§. 5. Exercendi sunt etiam pacis tempore, alioqui ocio celerrime elanguescunt; itaque præsidia hodierna non sunt tirocinia militum, sed corruptelæ.

Agessilaus in Gymnasio milites exercuit, & virtutis præmia proposuit. Alex. ab Alex. libr. 1. capit. 20. Philippus quoque Macedones exercuit diligenter, cum armis sæpe trecenta stadia conficiebant, arma omnia, comæatam, vasa ad victum ferebant.

Præsidia
diuersis in
locis.

§. 6. Diuersis in locis habendi sunt, tum quia pluribus præsidio, & minus graues sunt, tum vero ne conspirare possint. Vires enim suas nisi coniuncti non vident. Cum agmen fecerunt, terribiles sunt.

§. 7. Consilium etiam prudens est, diuersa ex gente coniungere; sic enim nec commercia facile agitare, nec coniurare possunt.

§. 8. Conuenire tamen vna alterave ala interdum ad ostentandam virtutem, aut peritiam, mutuamque æmulationem conueniense est.

CAPVT XXX.

Romanorum militum diuisionis.

§. 1. Ordinum diuisionem hunc in modum Polybius describit. Tribuni vero Romæ cum sacramento dixerunt diem, & locum cuique legioni denunciante in quem conueniant, idque, sine armis, tunc quidem dimittunt. At ii, cum adfuerint die dictâ, horum iuuenes, & pauperes maxime Tribuni seligunt in velites; istis proximis, in Hastatos; ætate florentissimos, in principes; ætate maximos, in Triarios. Tot enim & talia discrimina apud eos sunt & appellationum, & ætatum, & armorum, in quâq; legione. Diuidunt autem in hunc modum, ut maximi ætate, quos Triarios dicunt, sint sexcenti; Principes mille ducenti, totidem Hastati; reliqui, & ætate minimi velites. Quod si plures quatuor millibus sint, prout diuidunt, exceptis Triariis, quos habent semper numero eodem.

Triarii,
Principes
Hastati,
Velites.

Causa cur eodem numero, quia magna dignitas, & rara pericula Triariorum; ne igitur potissimam militis partem sine operâ in acie tenerent, noluerunt eam augeri, quamvis ceteri ordines augerentur.

Hoc in loco tacitum non possum præterire, id quod ait, legi τὰν ἀνδρῶν τὰς νεώτατας, & τὰς γοῦντας, & τὰς γοῦντας, virorum maxime iuuenes, & pauperimos in velites.

Error mi-
litie Ro-
mæ.

Hic ætatis ratio, & opum; putat Lipsius pauperes, ætate fortes, & vñ in triarios lectos esse. Sed in valde pauperibus, seu pauperimis id negauero: & consentit ipse; A censu sane legebantur, & id diu perdurauit; Romanis id obijcitur, à censu equitem, à censu peditum legitur. Lilius l. 37. itaque magis hac in parte placeat instituta Laconum, in qua virtutis ratio præcipue ducebatur. Romanæ Reipublicæ id plurimum nocuit. Ex ea; causa ortæ difficultates delectuum, cum ad nomen respondere nollent, militiamque detrectarent.

Quinetiam sententiæ meæ ratione habeo, & probatiorem maximi nominis Imperatorem. Ratio est: quia, quamuis cum stipendiâ darentur, humanæ erat, sextam classem feruari, nisi in magna necessitate & tumultu; magnus erat tamen error in Republ. militiæ studiosa, & inter hostes viuere perpetuos, tantæ multitudini vacatione dari, præsertim cum ipsa ius mandatorum magistratum haberet. Quam multos in illis fuisse credibile est, viros fortes, gnauos, industrios, qui arma, Martemque tremebant: certe pauperum Romæ maximam multitudinem fuisse omnis historia testatur. At nunc pauperissimi velites sunt primi, & leuiter armati obijciuntur hostibus. Hanc ob causam Marius, ut Salustius in Iugurtha scribit; Milites scribere non more maiorum, neque ex classibus, sed ut libido cuiusque erat, capite censos plerisque. Ecce tibi Marium magnum, & periculosisimis bellis imperatorem, morem legendi militem tot annis ambitione diuitum vsitatum immutat, & prætermisiss diuitibus legit capite censos. Sunt vero illi, qui nullo, aut perquam exiguo ære censebantur, Agellius lib. 16. c. 9. Plutarchus id etiam refert. Consul declaratus splendide, statim Dilectum habuit præter legem, & morem, plurimos è pauperibus & seruis genere conscribens: cum antea Duces hos tales non susciperent, sed arma quoque, ut aliud aliquid honestorum, non nisi honestis dignisque darent, cum quisque velut pignus rem familiarem opponere videretur.

Maxima
parti vaca-
tio non
danda.

Marius pau-
peres legit.

Addit libertos, & libertinos. Sociali bello seruatum illud, & factum fuisse operæ precium docet Macrobius Saturn. c. 11. Bello Sociali cohortium duodecim è iberis conscriptarum opera memorabilia virtutis apparuit.

Libertino-
rum cohor-
tes.

Imo postea plerique pauperes ibant militatum, & rem, &